

B. C. D.

Dissertatio Historico-Politica

CAEDEM

C. J. CÆSARI  
INJUSTE ILLATAM  
EXHIBENS,

Quam

Consensu Ampliss. Facult. Philosophicae  
In Reg. Acad. Aboënsi,

PRÆSIDE

VIRO CELEBERRIMO  
Mag. HENRICO HASSEL,

Eloq. Rom. Prof. Reg. & Ord.

Fac. Phil. h. t. Dec. Spectabili,

*Modeste sifit ventilandam*

OLAVUS DRYSZ.

Ad diem 11. Oct. MDCCXXXII.  
horis & loco solitis.

---

ABOÆ,

Exc. R. Ac. Typ. Joh. Kiämpe.

МЭДЧАО

КАКСО

МАТАДИР ДТВАДЦАТЫХ

Годов

Из Академии наук

Печати

САНКТ-ПЕТЕРБУРГОВСКОГО УНИВЕРСИТЕТА

И. НЕИНОДОНДЕ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ

*Q. B. V.*

*S. I.*



Ulationum il-  
lam, quibus  
concuti vali-  
dissima etiam  
imperia non raro solent, con-  
stantem perpetuamque seri-  
em, ita occulte saepius vol-  
vi agitarique videoas, ut in  
earum caussas aciem men-  
tis vel non intendere sciant  
mortales, vel si evolvere  
nitantur, involutas ignorent  
tamen, abditasque penitus

A 2

non

non attingant. Interea, ut mortalium cuncta, ita ipsas Respublicas, aut inconstantis fortunæ casu, aut fatali necessitate, aut positu siderum planetarumve coniunctione, aut denique incerta, nescio qua, revolutione mutari audias; caligantibus ad Providentia lucem animis, cuius arcana quidem & occulta, sed vera adeo & seria in his occupatio est, ut tum maxime agat, cum alias quascunque causas dominari arbitrantur, quas tamen & ipsas ad suum arbitrium & ad poenam vel præmium meritis hominum debitam componit. Quam-

diu virtutem gens Romana  
coluit, nec fortē quēm  
quam nec beatum diis in-  
vitis esse credidit, ipsamque  
felicitatem sine religione a-  
mitti quam possideri ma-  
luit, quanta eam maiestate,  
quanta fortuna, dignitate  
ac imperio non armavit  
Deus? At postquam suis  
consiliis niti, suis viribus  
prospera evenisse reri Rex,  
proceres, plebs cooperant  
pervertentibus disciplinam  
morum ambitione, superbia  
cruelitate, sapientissima Nu-  
minis dispensatione factum,  
ut primo delicta Regis, tuni-  
fastum immoderate utenti-  
um imperio, Civium con-

tinua-

tumacia; rursus horum se-  
cessiones, turbas, furores,  
Optimatum libido compe-  
sceret. Ita Monarchia su-  
perba dominatione Tarqui-  
nii in Tyrannidem conversa,  
regium imperium Aristocra-  
tiæ institutâ clausum dele-  
tumque est. Rursum, cum  
Aristocratice administrata  
esset respublica, Democra-  
tiæ specie non vi populo  
concessa, plebem mox Ap-  
piorum furor, post etiam  
impotentia decemviralis ad  
Democratiam plene inva-  
dendam concitavit, donec  
post magnas seditiones, com-  
municata cum plebe magi-  
stratum dignitate, Aristo-  
cratia

eratia in mixturam cum De-  
mocratia coalesceret. Quod  
temperamentum mixtionis is-  
terum egressa Democratia,  
cum plebs supra quam aut  
æquum aut fas erat insop-  
lens, inde a Gracchanis  
temporibus, seditionibus  
tribunitiae potestatis, cui  
cunque potentium libidini  
gratificantis, ad dira in  
Senatum odia contitaretur,  
hanc Dei vindictam ob con-  
tumaciam & tot male gestæ  
Reipublicæ errata meruit,  
ut nova mutatione, reciden-  
te rursus ad unius, C. ni-  
mirum Julii Cæsaris, pot-  
statem, rerum summa, in  
Tyrannidem transiret, mox  
in

in veram Monarchiam de-  
nique conversam. Sed has  
breves rerum apud Roma-  
nos vices, quasi in transitu  
ad scopum tendentibus lu-  
stratas , mittere nunc est  
consilium. Subsistendum in  
præsentia , quantum ab in-  
cepto conatus juveniles non  
deterrebunt rei dignitas &  
magnitudo , circa illud Ro-  
manorum facinus duxi ,  
quo , in præcipitio jam stan-  
te re omni Romana & tan-  
tum non procumbente, oc-  
cupatam a C. Julio Cæsa-  
re libertatem, cæde ejus  
truculenta repetitum ibant.  
Quod quo fecerint jure, ad  
finem tractationis, quan-  
tula-

tulacunque id fieri industria  
poterit, dicitur, postquam  
de nutantis Reipublicæ sta-  
tu, tum modo, quo sum-  
mam rerum Cæsar adivit,  
leviter nonnulla præmiseri-  
mus.

### §. II.

**J**ACTATA diu ante tempora  
Cæsaris perpetuis patres  
inter & plebem dissidiis fu-  
it respublica Romana, &  
serpserat jam eo longa con-  
tagione malum, ut ei tol-  
lendo medelam excogitare  
supra humanas vires & in-  
dustriam esset. Traxisse il-  
lud, si meo fidere judicio  
liceat, inde a Valerio Pu-  
blicola, Bruti in primo  
con-

**8**  
consulatu Collega; videtur  
initium. Hic enim, cæso  
in duello contra Tarquinii-  
um collega Bruto, cum fa-  
scibus solus superbiens, al-  
toque & munito in loco ha-  
bitans, suspicione regni af-  
fectati sollicitos reddidisset  
cives, & mox ut se crimi-  
ne absolveret, ab uno ex-  
tremo prolapsum in alterum,  
exitiali in auctoritatem se-  
natus incepto, fasces non  
tantum populo summisisset,  
sed & latis legibus, & pro-  
vocationem a magistratibus  
& eorundem creationem,  
egregia Majestatis jura, ei-  
dem adjudicasset; nunquā  
in partes ire cessavit civi-

tas, sed a se distracta sibi  
oneri, posterioribus ad dis-  
ripiendam imperii prædam  
invitamento fuit. Tantum  
enim absfuit, ut nuperæ li-  
bertatis, tanto rerum p in-  
cremento auctæ, amplitudi-  
nem ferret, ut ea per la-  
sciviam abuſa, hinc ambi-  
tioni, illinc odio, agitatis  
continenter inter plebem &  
patritios de æqua imperii  
parte certaminibus, se man-  
ciparet. Et quanquam pa-  
tritii, violari Majestatis ju-  
ra credentes, si plebeii  
ejus quoque participem fa-  
cerent latæ a Valerio leges,  
jus sibi universum retinere  
nitebantur, plebs tamen vi-  
gule

multitudinis confidens, se-  
cessione in sacrum montem  
facta, proprios sibi magi-  
stratus, & cum his non  
modo patribus sua jura, sed  
& quæ supremæ potestati  
debentur, ipsi senatui reli-  
quisque magistratibus extor-  
sit, & vel sibi propria vel  
cum senatu communia fe-  
cit. Provecta ad tantum  
fastigium, quid inconces-  
sum, quid non licere sibi  
putaret? neque enim sœpi-  
us furere destitit Tribuni-  
tia potestas, jus unum in-  
vadendo post alterum, le-  
gesque obtrudendo, adhæc  
opprimendo quos vellet, ac-  
cusando, ad supplicium ra-  
pien-

piendo, omnia agendo pro  
libidine, quam aut non es-  
set, quo renderet ulterius  
libido, aut contentiones  
Tribunorum vel arte, vel  
persuasionibus declinaret se-  
natus, aut orta extrinse-  
cus bella, metusque immi-  
nantis externi mali internos  
motus premerent, quietem  
que inquietæ reipublicæ præ-  
starent. Sed quæ admotis  
aliunde bellorum incendiis  
eniteicebat virtus, restincta  
rursus flamma, fulgorem,  
relapsa ad dedecus, alto  
occasu condidit. Deleta c-  
nim imperii æmula Carcha-  
gine, discussioque a Mace-  
donibus, a domitis circum-  
qua-

quaque populis, meru, re-  
cruduit vetus malum, resum-  
tique sunt per otium mo-  
res, in perniciem mutuam  
pridem conversi. In primis  
ne quid veteris disciplinæ  
usquam appareret, immensæ  
illæ non solum devictis Re-  
gibus ac populis, sed & so-  
ciis creptæ opes ac divitiae  
fecerunt. Prodiere ex illis  
infelici partu luxus, pro-  
fusiones in spectacula & lu-  
dos, sumptusque in ædium  
relicuumque apparatus om-  
nem immanes, & quod  
in his non ultimum mere-  
tur locum, largitionibus de-  
merendi homines studium.  
**Quibus rebus** ( eo enim in-  
valu-

waluit fastus conditionisque  
mortalis obliyio) non urbis  
modo verum & orbis im-  
perium vel jam possidere se  
singuli fecerunt ostentabant, vel  
eius spem animo jam præ-  
cipiebant tanquam re ipsa  
præsentem. Migravit inten-  
rea pietas, refriguit religio-  
nis ardor, spretaque in-  
feliciter jacuit legum obser-  
vatio omnis; quorum oc-  
cupavere loca invalescens  
contra civilem modum am-  
bitio & huic adjuncta co-  
mes, auri cupiditas, su-  
pra quam dici potest, insa-  
tiabilis. In urbe ergo, in pro-  
vinciis, nil acquirendæ pe-  
cunia

euniae studio prius, nil certaminibus de producendo capiendove imperio frequenter. Nec adversus tanta cupiditatum mala, ulla in senatus vel populi decretis, aut in magistratibus deniq; judicibusque vis, cum largitionibus facile in partes traherentur alii, alii in contentionibus cæde & vi sceña decederent.

### §. III.

**E**Xigebantur inter certamina Gracchorum bellumque Pompejanum civile, anni ferme sexaginta, qui toti per seditiones & certamina ad cædes, a cædis ad bella sibi succedentes,

res, fatalem Reipublicæ termini videbantur accelerare. Scilicet in maximis Ordinum discordiis, inter acerrima ad potentiam & honores emergendi studia alteri senatus, alteri plebis favore nitebantur; & quotquot inter patres auctoritatem suam tueri non poterant, seditionibus semper confecturos credebant, plebe sibi nunc agrorum divisionibus, nunc pollicitationibus aliis devincta. Eares primam cædem civilem Tiberio Graccho, tum fratri ejus Cajo, post Apulejo etiam attulit, multisque præterea aliis, quos im-

moderato illo appetendi studio, vel ira, vel odio, vel casus etiam obvios deprehendit; illatis, subente etiam sublimum postestatum aliqua, in honororum nunc hunc, nunc illum sicariis, nulla nec templis, nec legibus habita reverentia, nec quenquam tuente aut libertate sua, aut reipublicæ forma, aut dignitate. Sed quæ interitum toti reipublicæ præsagiebant, & conjurations factiosorum civium manifestæ, & expeditiones adspirantium ad dominacionem validæ, ut foeditate pri- ora superabant, ita metum incutiebant gravius.

Roma  
ma

ma communis omnium patria, nunc proprios cives non terebat; oppressis olim perfugium, nunc infida suis mansio & receptaculum afflita contentionibus Syllæ Mariique, rursus hujus & Cinnæ injuriis patuit, mox desolata viris per Syllæ dominationem pæne exspiravit.

#### §. IV.

**I**N tanta libertati insidianum libidine, cum optandus fuisset, qui veluti e machina superveniens, medicam tanto malo adhiberet manum, ne cum Cæsare quidem, cuius per ætatem pernosci etiam indoles non potuit, exorta in

melius immutandi status spes  
fuit. Is autem tum naturæ  
dotibus mirandis, tum elo-  
quentiæ laude cæterisque ar-  
tibus ad magna quæcunq;  
excitatus, ut gerendis re-  
bus maximis idoneus erat,  
ita supra modum ambitio-  
sus, parvam in compositis  
rebus, magnam in dissen-  
sionibus adipiscendæ gloriæ  
spem jam tum posuit, cum  
primum muneribus potiri  
cœpit. Itaque adversæ opti-  
matibus factioni, quæ Ma-  
rianorum erat, addictus,  
plebi nunc largitionibus,  
nunc edendis spectaculis,  
nunc pollicitationibus, su-  
pra etiam opes, eventu non  
irri-

irrito studuit, Pompeji & aliorum, quos se priores aura populari ad magnam potestatem evectos viderat, æmulus. Ex prætura enim, gestis jam ante minoribus magistratibus, provinciam sortitus Hispaniam, de petendo mox consulatu cogitavit, animo facinora præcipiens, quæ, inito magistratu maximo, viam sibi ad potentiam facerent plenioram. Iamque terra hac universa populo Romano tributaria facta, satis aditus sibi ad consulatum patere existimans, cum triumphus sibi designatus esset, & comitorum consularium, ubi

bi præsentem esse cum cæ-  
teris candidatis oportebat,  
jam ante adveniret dies,  
quam ad triumphandum sibi  
videretur satis instructus, pri-  
vatus ( quod sine pompa  
semel ingresso ad eam du-  
cendam iterum reverti non  
liceret ) ad profitendum no-  
men introire urbem maluit,  
quam acto triumpho consula-  
tum omittere. Memoratu  
vero in primis dignam hic  
societatem iniit cum Pom-  
pejo Crassoque, præpoten-  
tibus in republica viris, al-  
tero magnitudine nominis,  
altero opibus; callide in-  
choatam quidem, sed *que*,  
*U. c. 44.* pronunciante Vellejo, *urbi*  
*orbi*-

orbique terrarum nec minus  
diverso quoque tempore, ipsis  
exitibilis fuit. Sed cum in  
diversas partes, per veter-  
rem ex consulatu inimicitia-  
m ipsi distractherentur, pa-  
rumque sibi profuturam pro-  
spiceret alterutrius conjunc-  
tionem, nisi sublatis odi-  
is, ipsi amica consensione  
conspirarent, eos diurna  
disjunctos discordia in gra-  
ziam reduxit; ut, cum  
quisque eorum ( quod fu-  
turum non ignorabat ) su-  
am nihilominus spectaturus  
potentiam esset, tantum e-  
orum auxilio cresceret, qua-  
tum ipsis in rebus suis pro-  
vchendis seorsim per se in-

tentos animadverteret, alterum, si aliquo proficeret, alterius auxilio postea eversurus. His igitur adtantibus effecit, ut cum nihil minus quam pro paranda potentia quid moliri videretur, prius in apice rerum subsisteret, quam eo evectum adverterent ipsi. Primum enim, his ipsis stipulantibus, quos è primoribus, post impugnata m à senatu rogationem, præcipuos in concionem adhucuit, plebem lege de dividendo agro lata, mox questrem ordinem, tertiam eis parte vectigalium, quæ conduxerant, remissa, si bi

bi devinxit, alienato à se-  
natu populo, facti tamen,  
invidia in Pompejum præ-  
cipue, qui vi quoque hanc  
legem propugnandam rece-  
perat, relegata.

§. V.

**O**nstricto sibi hunc in-  
modum populo uni-  
verso, confirmatisque, quæ  
rata haberi præ invidia mul-  
torum huc usque non po-  
terant, Pompeji actis trans-  
marinis, potentiam suam  
vix dum putavit firmam,  
nisi eam filia sua Julia Pom-  
pejo collocata, Pisonis vero  
sibi in consulatu successuri  
in uxorem ducta ulterius  
corroboraret. Jamque ni-  
hil

hīl sibi ultra experendum  
simulans, per alios effecit,  
quicquid sibi tribui cupie-  
bat, ante omnia cavens,  
ne quid sua opera conferri si-  
bi videretur. Plebs ergo Gal-  
liam ei cisalpinam & Illy-  
ricum, adiectis tribus legio-  
nibus, senatus Comitatam  
etiam, unamque legionem  
decrevit, singulas in quin-  
quennium administrandas.  
Nec sic tamen fatis sibi  
prospexit videbatur, nisi  
annuos magistratus, ut su-  
am absentis rationem habe-  
rent, omnibus modis de-  
vinciret, quos vero minus  
sibi addictos sentiret, eos  
ab honoribus haberet quam

re-

remotissimos. Ubi mirari  
fortunam Cæsar is convenit,  
cui occasio futuri incremen-  
ti fuit, quidquid contra  
niti videbatur, & instru-  
mentum proximi successus,  
casus prior præter opinionem  
molestus. Domitium e-  
nim consulatus candida-  
tum, cum pertrahere cum  
in sui favorem adeo nequi-  
ret, ut jaetaret etiam se  
effecturum, ut imperium ei  
abrogaretur, Pompejum Cras-  
sumque incitando ad peten-  
dum alterum consulatum,  
ampla de spe dejecit, ef-  
fecitque ut inito magistra-  
tu, in alterum quinquenni-  
um sibi imperium ptovinci-  
arum

arum iidem prorogarent ;  
quo ipso , quod eventus  
docuit , non tam de Do-  
mitio , quam de Crasso &  
Pompejo triumphavit . Cæ-  
terum dilatum sibi impe-  
rium incredibili rerum suc-  
cessu ornavit , subjecta per  
novennium Romanæ ditio-  
ni Gallia , domitis Germa-  
nis , superatis Britannis : fir-  
mandi vero sui caussa , nul-  
lo non officiorum genere  
allectis per terrarum orbem  
regibus , sociis , provinci-  
is ; urbibus quoque Hispa-  
niæ , Græciæque & Asie ,  
maximarum impensarum o-  
peribus suis redditis ; nec  
minus domi , largitione ,  
mune-

muneribus, ope obstrictis,  
post optimatum plerosque,  
ē plebe cunctis. Et quan-  
quam ad inhibendum rerū  
suarum cursum non leve  
momentum mors in primis  
suorum, mox Clodii sibi  
intempestiva cædes, tum  
Marcellorum obtrectationes  
allaturæ videbantur, ad a-  
nimum tamen supra com-  
munia quævis evictum, for-  
tunæ ludibria aut non per-  
tigerunt, aut pertingentia  
eo ille non sensit. Quin  
disruptum Juliae obitu cum  
Pompejo foedus, adversanti-  
umq; sibi in eripiendis provin-  
ciis, nec non in submoven-  
do se absente à petitione

con-

consulatus pertinacia, ipsum  
in contrariam factionem a-  
cerrime armavit, callidum  
interea celandi, quantum  
polleret viribus, ad obte-  
nendos imprudentes quam  
occultissime erupturus. Ea  
vero omnia vel ideo minus  
coercenda armis dubitabat,

*Svet. Cæs.* quod literis ad senatum ni-  
*c. 29.* hil effecit, deprecantibus,  
*Vellej. II.* ne quod populus in petitio-  
*c. 44.* ne consulatus, de absentis  
sui ratione habenda, con-  
cesserat, sibi inimicorum  
interventu irritum caderet;  
aut si non liceret sibi, tan-  
tisper dum consul renunci-  
aretur, legionem unam in  
provincia sortiri, ut ab ex-  
er-

ercitibus, se imperium deponente, cæteri quoque discederent imperatores. Itaque senatu non impediente, quin in mutuam internecionem vires Reipublicæ, interrorem universi orbis comparatæ, ruerent, omnes cogitationes ad persequendum Pompejum, per se & infestum sibi, & adversæ factiōnis propugnatorem, convertit; quem Brundisio in Epirum transfretantem, cum Romæ, Italia citra sanguinis profusionem sexaginta diebus in potestatem redacta, cum patribus de summa reipublicæ consultasset, commisso ad Pharsalum, urbem

bem Thessalix, prælio fudit ac fugavit.

§. VI.

**N**Ec sic summa operi manus imposita. Quin restabant bella in Pharnacem, in Asiaticos, in Africos conficienda, quibus finitis, festinare eo debuit, ubi terminum ambitioni inveniret. Itaque his omnibus deletis, Romam reversus, de Gallia, Alexandria, Ponto & Ægypto per quatriduum triumphavit. Interumque hinc in Cn. Pompejum Magni filium, quem Hispanorum auxilia in ultionem paternæ cladis stimulaverant, ducens, novam poten-

potentiam felici bellorum  
civilium exitu firmavit, per-  
petua usurpatione fortuna, si ut  
ab ingruente extrinsecus  
malo, ita a vi, quam  
mox in urbe conspirantium  
concivit seditio, cautus esse  
voluisse. In urbem autem  
redux illustris quantum ad  
eum diem nemo, cuncta  
sub tuam administrationem  
accepit, honores simul o-  
mnes adiit, hosque per-  
ennes & continuos. Et po-  
pulum quidem, quin pro-  
videret quid ex his futurum  
esset, quod magistratum  
jura in se traxerat, quod  
ordinem imperii omnem e-  
verteret, triumphi, ludi, e-

C pu-

pulæ, largitiones, quibus  
ei blandiebatur, se fellerunt.  
At cordatioribus & qui ve-  
teris moris ac disciplinæ te-  
naciōres supererant, Viris  
civili militarique prudentia  
magnis, præstringi acies o-  
culorum adeo non potuit,  
ut illatam status mutationem  
non intuerentur, quantum  
cunque in imperio, clemen-  
tia, donis, honoribus leni-  
endo laboraret, quanta et-  
iam arte eum se ferret, qui  
esse princeps, quam videri  
mallet. Nec ab his quidem  
quorum animos nil nisi a-  
missæ libertatis memoria  
vellicabat, quidquam æque  
timendum fuit, quam quod

sc.

secutum est, odium in novam dominationem funestum & exitiale.

§. VII.

**S**olent qui omnia concutiunt, ipsi concuti: turbinum more, qui cum rapta convolvunt, ante vehementer volvuntur ipsi. Vim illam, qua libertati nocuit Cæsar, ipse quoque rerum, quas expetiverat, potitus, sensit. Viginti enim tribus vulneribus in curia Romana confossus, funestissimum ejus exemplum præbuit, quam sit res odiosa tyrannis, quæ tantam in ipsum invidiam exacuit, ut cum omnes hostes acie devicerit, omnes

item superaverit liberalitate  
ac clementia, amicorum  
tamen perfidiam nec maje-  
statis rerumque gestarum  
splendore, nec benefacto-  
rum lenociniis vinceret: Vir,  
si tam publicæ rei qvum suæ  
potentia stabilendi studuis-  
set, ad restituendum impe-  
rii statum, libertatemque à  
vi opprimentium vindican-  
dam, si quis aliis, visus  
quam aptissimus: qui ut à

*Lib. II.* Vellejo describitur, animo  
super humanam & naturam  
& fidem evectus, magnitu-  
dine cogitationum, celerita-  
te bellandi, patientia pericu-  
lorum, Magno illi Alexandro,  
sed sobrio neque iracundo su-  
mili-

milimus: fuit; tantasq; res  
gesfit, quantas audere vix  
hominis, perficere pene nul-  
lius nisi *DEI* fuerit. Tantis  
autem dotibus, quantæ capi  
ab humana sorte vix videban-  
tur, nixus, consilia de invaden-  
do principatu tractavit, ad  
quæ ipsum occasiones, quas  
leviter jam attiginus, pro-  
vehendæ ad tantum fastigi-  
um potentiaz invitarunt, du-  
plici ad eam via, largitione  
nimirum tenuiorum potentio-  
rumque affectatione ingres-  
sus; exulantibus jam, quæ re-  
ptantia per omnium animos  
vitia retrænarent, religione  
& fide; fortitudine in am-  
bitionem, parsimonia in a-

vari:

varitiam, liberalitate in luxuriam conversis.

§. VIII.

**R**eprehendi ergo in Cæsare passim hæc video: quod cupiditate dominandi inflammatus, plebis gratiam nullis non beneficiis tibi conciliarit, summumq; deinde magistratum, hunc quasi nactus gradum, matruius quam leges annariæ consolares jubent, affectarit; quod hunc consecutus, ejusdem plebis ope, cuius favorem agrariæ insuper legis promulgatione insigniter auxit, pro arbitrio, reipublicæ negotia administrarit; leges & pacta pessum dederit;

po-

potentiae & utilitatis gratia  
jura violarit; ad insectan-  
dos qui publicam interea  
causam susciperent, Clodii  
audacia, ad Senatus autem  
auctoritatem infringendam  
Pompeji & Licinii Crassi a-  
nimitia abusus. Quæ qui-  
deni non diffiteimur à cive  
bono abhorrere, nec nisi  
injuste occupatæ reipublicæ  
criminationem mereri, nisi  
ab impetu heroico, quo ad-  
missa hæc sunt, excusatio-  
nis aliquid ea trahere quis  
contendat. Sed vere Divi-  
na sapientia, cui curæ esse  
respublicas & in iis formam  
imperii, ejusque conserva-  
tionem aut mutationem ne-

mo dubitat, per Iulium Cæ-  
farem ex justitiæ decreto re-  
primere invalecentem Ro-  
mæ vel ambitionem vel li-  
centiam statuit, & rursus ex  
clementia sua, qua rempu-  
blicam denuo consistere facit  
& tuetur, eundem ad trans-  
ferendam in Romanos sum-  
mam rerum destinavit, eo-  
que heroicis dotibus instru-  
xit, quæ & coercendis mu-  
tuis tumultuantium seditio-  
nibus & maximis rebus con-  
dendis constituendisque pa-  
res essent; exinde tamen  
tantum abest, ut nihil au-  
daer & temere ab Heroe  
nostro tactum esse negemus,  
ut plurima ejus de ingente  
fidu-

fiducia sui, & majoribus,  
quam quos vulgaris animus  
capit, moribus prodierint,  
quos deinde vigor aciores,  
fortuna efficaciores audacio-  
resque fecit. Nec existima-  
bit quis, non futurum fu-  
isse, ut summa rerum ad  
Cæsarem deferri aliter potu-  
isset, nisi ei Pompejus vires  
suas adversus libertatem im-  
pertitus fuisset, cum si Se-  
natui se Cæsar junxisset, ni-  
hilominus eadem providen-  
tiæ cura ad principatum ei  
via patere potuisset, eoque  
expeditior, quo magis jam  
odio erat populi principatus,  
jamque omnibus dulcedo o-  
tii & reipublicæ commuta-  
tio

tio placeret. Sed cum æ-  
tas Cæsaris incidisset in eam  
publici status corruptionem,  
qua auspicio tribunitiæ po-  
testatis omnia assiduis bellis  
civilibus flagrarent & ad  
potentiæ fastigium conten-  
dentibus viam non virtus,  
sed vel gratia, vel potentia,  
vel largitiones sternerent, fa-  
cile tot ægræ civitatis mala  
acerrimæ mentis cupidita-  
tem in eo elicuerunt, ut  
donis, quibus instructus fu-  
it, ad immodica & præru-  
pta abuteretur; quib⁹, si  
ante publici status corruptio-  
nem vixisset, ad ea fuisset  
usus, ex quibus moderata  
omnia sperari potuissent. Quo-

tamen ipso non minus sapi-  
entissima providentia cura  
factum, ut prava illa in-  
que heroica indoles degene-  
ravit, in poenam effrenis  
immodestiarum cederent, sedi-  
tionesque ac injuriarum vi &  
cupiditate, ambitio & su-  
perbia dominatione reprime-  
rentur, degenerantis autem  
impetus in destinatum finem,  
qui erat imperii ad unum  
translatio, verteretur.

### §. IX.

**Q**uemadmodum autem  
sapientes Romani pro  
æqualitate tuenda vigilare,  
in eamque curam omnes co-  
gitationes intendere debui-  
sent, ne ad dignitates cre-  
bras

bris ac nimias is admittere-  
tur, quem ardore laudis ac  
ambitionis non tantum su-  
perare omnes, sed & ad au-  
denda, quæ ne attrectari  
quidem ab aliis sine teme-  
ritate poterant, promptum  
videbant; præsertim si de  
conservando statu adversus  
consilia res novantis non  
incertam sibi spem superesse  
vidissent: quæ tum utique  
defutura non fuisse videba-  
tur, si modo imperium in  
cæteros affectantis impetum,  
aut honorem ei quèmq; non  
nisi semel tantum, legiones  
autem urgente modo neces-  
itate utendas indulgendo,  
aut eum clam discordis ac  
ænu-

æmulationi cæterorum expos-  
nendo, infringere voluisse;  
ita postquam perditam mo-  
ribus jam viderant rempu-  
blicam, nec ullum superesse  
robur aut in legibus, aur  
in potestate populi & Opti-  
matum, sine quibus con-  
velli convellentium certami-  
na quam minime poterant,  
ut liquido cerneretur con-  
versio rerum necessaria ultro  
imminere, nec nisi in confe-  
renda ad unum potestate o-  
mni, remedium ullum discor-  
dantis civitatis restare; pes-  
sime de republica consultum  
voluisse illos appareret, quod  
non potius de dirigendo ad  
optimas rationes Herois con-  
silio,

filio, quam de eo inhibendo cogitarint; sed, contra-  
ria inita ratione, quem usum è multis prius supra  
cæteros extulissent, ut à di-  
gnitatibus ad arma, ab ar-  
mis ad imperium, de quo  
paulatim cogitabat, perve-  
niret; eum contumeliis &  
vi inhibendum putarent, co-  
que ipso occasionem prætex-  
tumque non magna mo-  
do, sed nimia moliendi sup-  
peditarent.

## §. X.

**Q**uod si in urbe, quæ  
corruptis moribus vi-  
vens & jam dudum à primis  
institutis degenerans, nun-  
quam se in libertatem asse-  
xere

rere poterat, illi qui adhuc aliqua auctoritate valebant, tanti Herois consiliis promovendis, quibus melius ad instituendam rempublicam uti, & ad opprimendos tot reipublicæ turbatores juvari potuissent, iniquissime se opposuerunt; quanto iniqui⁹ qui se liberatores populi ferri volebant vim ei intulerunt, cuius interitu rempublicam simul in perniciem & seditiones scelestissimo ausu egere præcipitem. Neque enim ob injuriam alterutri tantum, sed utrique simul illatam reprehendendos se prodidere: scelere dicam an parricidio in Cæsaremi, quod cum non in-

invadentem amplius libertatem, sed postquam invaderat,

*Conf. Di-* pacto & jure jurando civium

*on. XLIV.* jus non mediocre nactum in-

*p. m. 243.* terficere ausi sunt. Impruden-

*Suet. Jul.* tiâ vero in rem publicam,

*Ces. c. 86.* quod urbem, recta jam flo-

rere administratione incipi-

entem, ex concordia & qui-

ete in civilia bella nefarie

conjecerunt. Quid enim

importune repetitam liberta-

tem nisi improspera quæque

comitari potuere? quid stu-

titiam summam magis ar-

guere, quam ista populum

in libertatem asserendi præ-

ceps libido? quasi, quod pru-

*Orat. 18.* denter animadvertisit *Heinsius*,

*Spiritu unius hominis ac vi-*

ta, non totius reipublicæ con-  
 tagione ac morbo servitus re-  
 cepta niteretur. Popularis qui-  
 dem status, quantumenque  
 honesto nomine & æqualita-  
 te juris arridebat, præ domi-  
 natu tamen unius, utut is gra-  
 vis etiam audiu libertati ad-  
 suetis erat, ob corruptos o-  
 mnium mores jam optari o-  
 mnino non potuit, nedum  
 ad libertatem restaurandam  
 prodesse. In quo enim sta-  
 tu urbs tanta moderationem  
 conservare nequivit, multo  
 minus amissa moderatione,  
 concordiam retinere potuit.  
 Et quia necesse fuit, nisi  
 distractam prorlus perire  
 maluiscent, ut in meliorem

formam novis legibus reduceretur, cogitare debuissent conjuratorum ductores, multitudinem consulentium in statu isto turbulentio excogitandis ferendisque legibus minime aptam suisse, quanquam iisdem & condendis & conservandis in pacato regimine sufficiat.

§. XI.

**I**llud vero, quod contrarium suadere multis potest, jure occisum esse Cæsarem, quod cupidine dominandi alienam imperii possessionem invaserit; minus firmam habere rationem apparet, quam utsentiam nostram de inju-

justitia cædis istius evertere  
queat. Evidem, quin  
propter ipsam occupationem  
summæ potestatis, Tyrani-  
ni nomen promeruerit, ne-  
mo ambigit. Quod autem,  
postquam publico consensu  
Senatus populi imperium  
ipsi confirmatum fuit, de-  
cretumque, ut omnia qua  
acturus esset, rata habe-  
rentur, ut censor solus, id-  
que quamdiu viveret, esset,  
ut eodem quo tribuni plebis,  
beneficio uteretur, ut qui ei  
vel verbo vel re injuriam  
intulisset, is sacrilegio ac pia-  
culo sese obligasse existimare-  
tur; non amplius ut in-  
vador, sed ut legitimus  
prin-

princeps considerandus fuit.  
Gravissimum hac de re  
Grotii est iudicium, nam,  
inquit, *E* quoque vi parta  
primum sunt imperia, pos-  
sunt ex voluntate tacita ius  
firmum accipere, *E* voluntas  
aut ex initio constituti  
imperii, aut ex post facto esse  
potest talis, ut ius det quod  
in posterum a voluntate non  
pendeat. Quo sic posito,  
quia cessavit iuste possiden-  
di causa, vi eum summo  
imperio privare non debuit  
populus; multo vero min-  
privatis eundem interficere  
scuit. Tantum enim abfu-  
it, ut populi publico con-  
filio, aut voluntate cogni-

ta persuasi fuerint percussores, ut horrendorum motuum, qui sequi solent iis interfectis, qui aut amicos, aut validam in populo factionem habent, experiri is aleam mallet, quam posset forem in possessione relinqu, ut maxima etiam indignatione cognitam Cæsaris cædem tulerit, nec minus in veros conjuratos, si non fuissent, quam in Cinnam, quem errore nominis innocentem dilaceravit, exarsisset.

### §. XII.

**E**xauget indignitatem facinoris deinde illa temporis conditio, quâ ipsa

republicæ conversio novum  
peperit imperium. Comparas-  
re libertatem Brutus Tar-  
quiniis ejectis potuit, quod  
alienum à discordiis civilibus  
tunc esset seculum. Nunc  
non erat is populus, quem  
pax tranquilla juvit, aut  
qui, corruptis omnium mori-  
ribus, libertati par fuit. Ne-  
que etiam vulnera civilium  
bellorum in cicatrices coié-  
re, imo recrudescere poti-  
us per mortem Cæsaris de-  
bebant, tot Pompejanorum  
superstitibus, qui cæso victo-  
re suo, renascentis sibi initi-  
um fortunæ novas turbas  
animo fingeabant. Itaque  
ut circa republicæ con-  
versionem maxime occupatur  
divi-

divina providentia, quæ conversionis tumultu punire civitatem, per exortam vero ex illa conversione novam formam restaurare plerumque & servare, adeoque sub astibus Heroum, quorum opera ad eam constituendam utitur, saepe aliquid altius recondere solet; ita justissima eos ultione insectata fuit, qui non sine jaetura & innocentis populi sanguine, disceptationibus auctores existere, quis jam populi rem esset curaturus. Atque illud ipsum est, quo, quid de cæde Cæsaris judicari conveniat, colophonis loco maxime assertum imus, tantam

Sci-

scilicet ejus fuisse iniquitas  
tem, quantis eam suppli-  
ciis animadvertendam sta-  
tuit occultum DEI judicium.  
De sexaginta enim percus-  
soribus nenio suo fato fun-  
ctus est, nec Cæsare triennio  
amplius supervixit, sed pars  
prælio, pars naufragio, alii  
suimeti pectorum imperfectores,  
eodem quo Cælarem vio-  
laverant, pugione, ad ju-  
stissimas poenas duxi sunt,  
ob Viri cædem, quem quar-  
tæ Monarchiæ fundatorem  
esse, maximisque dotibus  
instructum ad maximum  
felicitatis culmen pervenire  
voluit rerum publicarum Sta-  
tor DEUS,

*Cui Soli laus honor &  
Gloria.*